



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XV. De commodato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

XV. De commodato.

Secundus contractus est commodatum, de quo dixi *D. h. t.*

XVI. De deposito.

Tertius contractus est depositum, quem exposui *D. h. t.*

XVII. De emptione & venditione.

Quartus contractus est emptio & venditio, de qua prolixè tractatum fuit *D. h. t.* 18. & 19.

XVIII. De locato & conducto.

Quintus contractus est locatio & conductio. *vide titulum D. locat.*

XIX. De rerum permutatione.

Sextus contractus est permutatio, de qua dixi *D. hoc tit.*

XX. De feudis.

Septimus contractus est feudum, quod ab Oberto de Orto sic describitur: Feudum est beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat; fructus vero illius rei ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculinos sive foeminas, si de his nominatim dictum fuerit, in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille & eius heredes fideliter domino serviant, sive beneficium illud nominatim quale esse debeat, &c.